



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica III. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

eundem finem revocantis, se unum, ac suos seponi velit? inquit Seneca. Ut Christianus. Pudeat sub spinoso capite esse membrum delicatum. S. Bernardi verba sunt. Nicol. Caussin, in Anno Saero.

THESIS II. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* *Tristitia.* Joan. 16. v. 20. I. Veri Christiani non vivunt sine lacrimis, & tristitia. II. Sed has lacrimas, & tristitiam istam sequitur lætitia, & consolatio æterna. Homines mundo dediti non nisi lætitiã captant; econtra veri Christiani suam felicitatem in Afflictione constituunt, cujus triplicem fontem Christianus habet, quorũ I. Peccatum. II. Dæmon. III. *Iustitia Divina est.* Unde tibi lætitia? Nunquid jam diabolum vicisti? Nunquid jam inferni pœnas evasisti? Nunquid jam de exilio ad patriam venisti? Inquit S. Aug. de *Conflictu vitiorum, ac virtutum. c. 21.* Mundani verò homines putant se hic, & sibi deliciis affluere posse. Sed frustra: qui habet requiem suam in hoc mundo, ne speret, æternam requiem se posse consequi. Ait S. Athanasius de *Virg.* Peccata nemo luget, quod lugere non jube.

jubemur, id lugemus. *S. Chrysof. hom. 61. in c. 11. Joan. Bretteville.*

Modicum. THESIS III. *Modicum.* Joan. 16. v. 19. Septem Modica pro septem diebus hebdomadæ consideranda proponi possent; scilicet: I. *Modicum Temporis.* II. *Modicum Servitium* quod Deo impendimus. III. *Modicum Vitia* à nobis deposita. IV. *Modicum Bona*, quæ fecimus. V. *Modicum Electorum numerus.* VI. *Modicum*, quod requiritur ad *Damnationem.* VII. *Modicum*, quod requiritur ad parandam *Beatitudinem.* *Faber hic Conc. 2.*

Gaudium præsens. THESIS IV. *Modicum.* Joan. 16. v. 16. Quam modicum sit gaudium *Malorum* in hoc Sæculo, scilicet I. *In ipso spectatum.* II. *Comparatione* solidiorum gaudiorum. III. *Respectu brevis Durationis.* IV. *Ratione Injustitiæ* secuturæ. *Faber hic Conc. 4.*

Adversitas. THESIS V. *Modicum.* Joan. 16. v. 16. Quam modicum tribulationis I. *Si comparatur cum Peccato.* II. *Si conferatur cum Demeritis nostris.* III. *Si conferatur cum Malorum Prosperitate.* IV. *Si conferatur cum Tribulationibus*

liorum. V. Si conferatur cum Pœnis damnatorum VI. Si conferatur cum æterna Gloria. Faber hic. Conc. 5.

THESIS VI. Modicum, & jam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Joan. 16. v. 16. Deus quandoque se subtrahit & Bonis, & Malis, Justis & Peccatoribus, sed aliter his, aliter illis: I. Absentia apud Justos non diu durat, quia citò cum ipso in gratiam redeunt. II. Sed & Præsentia illius apud peccatores non diu durat, quia citò ad peccatum redeunt. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miserus sum tui. Dixit Redemptor tuus Dominus. Isai. 54. v. 7. Texier hic.

THESIS VII. Modicum. Joan. 16. v. 16. I. Peccatoribus unum peccatum velut nullum peccatum, Modicum est. II. Cùm tamen reapse unum peccatum non unum peccatum est, sed plùs quàm unū, & nisi statim deleatur, alterum post se trahit; peccatum in se, & peccati sequentis causa est, atque

H 3 que

Recessus Dei.

Peccatum unum.

que ira peccatum consequentiæ simul
& peccatum in se est.

Voluptas.

THESIS VIII. *Modicum.* Joan
16. v. 16. Voluptates Mundi revert
in se Modicum sunt, I. *Mentiantur.* II. *Mor-
riuntur.* III. *In mortem trahunt.*
Aug. Quàm stultum ergo illas sectari

*Vita Sen-
sualis.*

THESIS. IX. *Iterum videbitis me*
Joan. 16. v. 16. I. Aliqui tantum
Credunt, quod vident; Sperant, quod
ipsis possibile est; Amant, quod ipsis
gratum est. Hæc utique *Vita Sensualis*
est, credere in lumine, sperare in vir-
tutibus, amare in consolatione. II. Alii
qui credunt, quod non vident, sperant
quod vires superat, amant in tribulatio-
ne: Hæc utique *Vita Spiritualis* est.
Crasset in Confid. Dom. 2. Epiph. ser. 6.

Gaudium.

THESIS X. *Gaudebit cor vestrum*
Joan. 16. v. 22. Verum gaudium
consistit I. in Deo, II. in Christo
III. in Fide Catholica, IV. in bona
Conscientia, V. in Spe Mercedis fu-
turæ. VI. in Tribulationibus. *Factum
Dom. 3. post Pasch. Conc. 7.*

THESIS. XI. *Gaudebit cor vestrum*

